

## Beitrag zur Lebensgeschichte des Anton Wolfradt,

Abtes von Kremsmünster, Fürstbischofs von Wien.

Aus dem Archive des Stiftes Heiligenkreuz mitgetheilt von Dr. Benedict Gsell.

(Schluss von Heft I. S. 41—48 d. Jahrgs.)

Admodum Rde. P. Prior.

Quod per me petiit, Deo Opt. Max. ad limina SS. Apostolorum valetudinem suam commendari, id pro parvitate mea exequi contendo, eandemque adversam valetudinem causam credo tam diuturni silentii sui. Quaeso tamen ubi convaluerit, non recuset me hic solum constitutum et quotidie saepius de Vobis cogitantem consolari. Ceterum me meosque in Christo charissimos confratres solitae suae benevolentiae filialiter commendo, rogans ut sicut in principio ita etiam semper parvitatem nostram contra detractores et falsos sussurones defendat. Certissimum testimonium Virtutis credens invidiam alienam. Deus Opt. Max. R<sup>dam</sup> Pat. Vestram pristinae incolumitati restituat, diuque servet incolumem. Salutatur singulariter P. Suppriorem, P. Nicolaum et P. Joannem, omnesque fratres meos comprofessos.

Idem qui supra.

Von Aussen:

Admodum R<sup>dis</sup> ac Venerabilibus in Christo Patribus ac Dnis F. Maximiliano Priori caeterisque Fratribus monasterii S. Crucis Austriae Professis, Confratribus suis plurimum observandis ac dilectis. —

### XII.

Admodum RR<sup>di</sup> in Christo Patres ac Confratres dilectissimi.

Ternas antehac ad Venerabilem Consessum Vestrum litteras dedi, praeter eas, quas singulariter vel R<sup>do</sup> admodum P. Priori vel aliis de numero Confratrum inscripseram; verum cum nec charitas Vestra nec R<sup>mus</sup> D. Abbas in suis ad me datis unquam istarum receptarum fecerit mentionem, suspicor immo teneo eas vel negligentia oeconomii Viennensis relictas vel aliorum malitia interceptas. <sup>1)</sup>

Benevolentiam enim et affectum coram mihi semper exhibitum vel minimum erga me intepuisse nullatenus adducar ut credam, cum solitam meam erga RR<sup>dos</sup> PP. et Fraternitates Vestras observantiam animique propensionem non modo non imminui sed et in dies in memetipso experiar augeri. Neque vero est, quod mihi persuadeam, charitatem Vestram adeo aut

<sup>1)</sup> Ich muss den damaligen «oeconomus Viennensis» in Schutz nehmen gegen diesen Vorwurf; die Briefe sind ja erhalten, und ein anderer «oeconomus Viennensis» schreibt sie eben ab nach beinahe 280 Jahren.

domesticis curis aut bellicis tumultibus occupari ac obrui, ut scribendi copiam ista praeripiant, omnemque facultatem praescindant. Etsi enim novi, plerisque hanc excusationem jure optimo favere, non tamen ignoro, vel unum inter tot ad horulam rescribendis litteris vacare posse.

Caeterum ad me quod attinet, quomodo valeam, quibus studiis et quo profectu incumbam, partim ex litteris R<sup>di</sup> P. Rectoris nostri ad R<sup>mum</sup> datis partim ex viva R<sup>di</sup> P. Procuratoris Generalis praesentium latoris relatione clarius ac plenius cognoscent. Hoc unum aut inter caetera aut prae caeteris melancholizare me cogit plus solito, quod cum de praeteritis damnis ac de futuris belli periculis omnia perstrepant, de Vobis ex Vobis nihil cognoscam, eoque magis angar, quo vehementius, quis sit status charitatis vestrae, quae Monasterii facies, ex plano scire desidero. Sacrum Sacerdotii Ordinem, quantum existimo, in brevi suscipiam, sacrasque Primitias, Deo dante, non multo post celebrabo; singulare equidem gaudium existimassem, coram RR<sup>dis</sup> PP<sup>bus</sup> et FF<sup>bus</sup> Vestris tantam solemnitatem coelestis connubii peragere, sed cum hoc et temporis ratio et locorum praepediat distantia, hoc unum supplex contendo a charitate Vestra, pari qua caeteros confratres devotione juvare consueverunt, parvitatem quoque meam quasi coram Deo promoveat, quatenus talem me efficere dignetur bonitas divina, ut tantis mysteriis dignus et idoneus minister inveniar. Ego tum in primo tum in omnibus meis sacrificiis continuam utique Vestri memoriam faciam pro incolumitate omnium et singulorum ad limina Apostolorum Deum Opt. Max. assidue deprecaturus.

De reliquo me meaque omnia charitati Vestrae devoveo, hoc solum desiderans, ut me quantocius plene de statu Vestro informetis.

Deus pacis et dilectionis habitet in Vobis, quod in Vobis coepit, perficiens.

Romae ex Collegio Germanico 23. Junii anno 1606.

Admodum RR. PP. et FF. VV.

observantissimus servus in Christo  
et Confrater

F. Antonius Wolfradt.

Von Aussen, wie bei XI.

Gleichzeitig mit diesem Briefe schickte Wolfradt auch das folgende Schreiben an seine Connovizen nach Heiligenkreuz, in welchem er seinem Schmerze über das lange Stillschweigen derselben vollen Ausdruck gibt.

XIII.

Venerabilibus et per dilectis in Christo PP<sup>bus</sup> ac FF<sup>bus</sup> Fr. Georgio Mielitzio, E. Joanni Seifrido etc. Comprofessis ac Confratribus in Christo observandis.

Reverendi ac syncere dilecti in Christo PP. et FF.

De die in diem, de hora in horam immo de momento in momentum aveo certi quippiam scire de Vobis ex Vobis. Quis enim mihi putatis animus, quae cogitatio esse possit (siquidem fraterne de me sentitis), jam a semestri paene nihil, non dico, litterarum sed nec rumoris cujuspiam veri falsive accipienti? Mihi credite, sentio imo paene obduravi ne sentiam. Suspicio insperate vobiscum agi, nisi forte dubitare audeam, an me adhuc inter fratres numeretis, quem in oculis non habetis; absit hoc omen. Novi enim me animis non oculis Vestris impressum arctius, si quidem diligitis sicut diligimini. Quid igitur? Fateor ingenue, hoc unum me turbat, utinam non perturbet, quod tam diuturni silentii vestri causam penetrare non possim. Iam enim admirari desii, eo quod non novum aut rarum sit hoc vobis, sed ipsa experientia, quantum didici frequentissimum immo proprium. Cogito, examino, melancholizo, fleo; dumque attingere, quo vellem, non valeo, anxius magis quam doctus desino. Quid enim, Deus bone, tanti momenti mihi persuadeam, quod homines mei amantissimos, immo fratres, non dico dissimulare sed inopportune adeo faciat silere, ut inter tot ne unus quidem tria verbula, unum, litteram perscribat. Repeto, ex quo vos diligere coepi, coepi autem ut primum cognovi, nihil sic me afflixit, nihil sic animum in diversa mutavit, quantum hoc Pythagoricum-silentium Vestrum; ex quo enim a Vobis abii, unica semper videbatur consolatio superesse, mutua scilicet frequentia litterarum; sed fallor, doleo, ingemisco, satis est. — Accidit praeter opinionem, praeter spem hinc discedere R<sup>dum</sup> P. Procuratorem nostrum,<sup>1)</sup> cujus conversatione saepius recreatus, zelo non raro aedificatus, consilio in dubiis, auxilio in necessariis adjuvabar; jam quod superest, vos pensate; equidem timeo plus solito, immo plus aequo melancholizare. Unum gaudeo, eum ad Vos abire; spero enim fore ut velsic tandem et meam cognoscatis pusillanimitatem et vestram rumpatis taciturnitatem. Commendatione mea non eget, quippe quem habetis commendatissimum. Miror ad longas illas litteras, quas 4. Martii per D. Josephum Pydlerum ad vos direxi, nihil rescribi; forte vobis traditae non sunt? Exigite. Scripsit

<sup>1)</sup> Der Orden hatte immer und hat noch bis jetzt einen seiner Mitbrüder als Procurator generalis in Rom, um die Ordensgeschäfte beim hl. Stuhle zu führen; der damalige Procurator hieß Vincentius Lonquet. Ueber die andern in diesem Briefe genannten Personen kann Schreiber keine Auskunft geben.

nuper D. Stragwitz perquam honorifice de charitate Vestra mutua, de bono zelo, de fructu in animabus Deo lucrands. Gaudeo. Utinam Deus illud incrementum studiis et piis propositis meis concedat, ut vobiscum pariter in brevi laborem, proficiam, lucrifaciam; de quo, si quid forte sperandum, si quid optandum sit, ex adjunctis R<sup>di</sup> P. Rectoris nostri litteris ad R<sup>mum</sup> D. Abbatem facilius et clarius cognoscatis. — Scripsi aliquoties R<sup>do</sup> P. Georgio Mielitzio, ut mihi transmitteret informationem pro Triennali n<sup>ario</sup> (?) pro Cathedrali Olomucensi, imo cuperem aliquod talis studii exemplar habere pro quodam collega meo, sed usque modo nihil responsi accepi; quaeso rescribat quantocyus. Scripseram item de P. Quirino et F. Claudio, connovitio vestro, qualiter ad Vos hic venire ille redire desiderat, si tamen cum bona gratia R<sup>mi</sup> Abbatis id fieri possit. De reliquo quid scribam, non occurrit, praeterquam quod enixe et fraterne peto, ut si me amatis, id vestris litteris testemini. Negotium D. Sigismundi Seifridi hic nulli R<sup>dus</sup> P. Procurator commendavit, sed dixit mihi, se omnibus apud Vos exploratis per litteras illud D. Burgio commendaturum.

Hisce me meosque omnes charitati Vestrae syncere commendo, pro Vobis ad limina SS. Apostolorum Deum assidue deprecaturus. Valete.

Romae ex Collegio Germanico 1606. 23. Junii.

R. R<sup>iarum</sup> VV.

addictissimus in Christo servus  
et Confrater

F. Antonius Wolfradt.

#### XIV.

Rdo ac Religioso in Christo Patri F. Joanni Guilelmo a Sprinzenstain, S. Ordinis Cisterc. apud monasterium S. Crucis in Austria professo etc. Confratri suo plurimum observando ac dilecto. Vienna.

Wienn. Im H. Creutzerhof zu überantworten.

Revde in Christo Pater ac dilecte Confrater.

Insinuaveram nuperrime meis R<sup>ae</sup> V<sup>ae</sup> de agnis Dei eidem per R. P. Roccam prima occasione transmittendis. Oblata igitur modo opportunitate mittit R<sup>ae</sup> V<sup>ae</sup> scutulam hanc plenam tum magnis tum parvis. Reliqui, si qui erant, partim fracti sunt partim ab eodem Patre Patri Ferdinando Kolowrat Ingotadium transmissi. Unde velim R<sup>a</sup> V<sup>a</sup> aequi bonique consulat et interim inter Fratres et amicos istos distribuatur, donec ego aliquando plures aut mittam aut offeram. Pro nunc enim plures portare Latoris plura onera prohibuerunt. Generosae Dominae Aemiliae amicae suae nuper per D. Stephanum, hinc Pragam euntem aliquod rosariola ac medallia benedicta pro se ac suis dilectissimis

liberis destinavi; sciam quæso an ea acceperit. Eidem ubi rediero agnos Dei pro suo sacello libenter afferam. De Generoso D. Fratre suo intelligere aveo, qui valeat, ubi degat, eumque velim meo nomine humiliter et officiosissime salutatum.

Caeterum nihil hic est novi, quod R<sup>ac</sup> V<sup>ac</sup> perscribam. Negotium enim Venetorum, in quo statu sit, haud dubie jam intellexit ex libellis illis nuper a me per D. Carolum Hittendorfer Viennensem R<sup>mo</sup> nostro Abbati transmissis. De reliquo quam primum scutulam istam accepit, rescribat ut sciam, ac caetera quae circa R<sup>am</sup> V<sup>am</sup> omnesque Fratres aguntur, non praetermittat. Valeat ac me meosque ut solet amet. R<sup>mo</sup> nostro meam filialem obedientiam ac toti sacro conventui fraternam deferat observantiam et salutem. Iterum valeat.

Romae ex Collegio Germanico, anno 1606. 8. Septembris.

R<sup>ac</sup> V<sup>ac</sup>

addictissimus in Christo servus  
et confrater

F. Antonius Wolfradt,  
S. †. professus.

### XV.

R<sup>mo</sup> in Christo Patri ac Domino F. Paulo, Monasterii S. Crucis in Austria, Abbati et totius S. Cisterc. Ordinis per eandem provinciam Vicario generali etc. Domino Praelato suo observandissimo

Vienna

im H. Creutzerhoff.

Praemisso sacrae manus osculo ac humili precum mearum oblatione. Infirmas illa gravis, quae me ante annum multis hebdomadis in lecto detinuit, vehementiusque exagitavit, R<sup>me</sup> Pater, in causa fuit, ut extraordinarias non paucas impensas fecerim, tam pro restitutione stomachi in pristinum statum quam pro conservatione ejusdem. Hinc factum est, ut saepius forte, quam par erat, R<sup>mam</sup> Paternitatem Vestram sollicitarim, quatenus occasione oblata aliqualem mihi pecuniarum summam pro paterna sua benevolentia transmitteret, ut ita et depositum in Collegio pro reditu Viaticum, quod per tales sumptus multum extenuaveram, plene resarcirem, et pro omni eventu, si forte vel infirmas vel alia quaevis necessitas ingrueret, necessaria ad manus haberem. Scripserat aliquando ad me R<sup>ma</sup> Paternitas Vestra, se in Capitulo generali Patri Vincentio<sup>1)</sup> nescio quot Coronatos consignasse mihi hic refundendos; is tamen, ubi appulit, nihil se recepisse affirmavit, praeter 50 illos coronatos, quos pro solvendo primi dimidii anni convictu mihi mutuo dederat, sicut et alias me R<sup>mae</sup>

1) Es ist dies der früher erwähnte General-Procurator.  
17021 gebürtig

Paternitati V<sup>ae</sup> scripsisse recordor. Cum igitur nec illa nec alia unquam vice, dum hic sum, quidquam acceperim, e contra vero partim in libris, sacris cantionibus, Coionis, medalliis, agnis Dei partim in aliis necessariis multa consumpserim, coactus fui etiam praeter propositum ac desiderium meum saepius de hac re, alias onerosa, perscribere. Usque modo tamen nihil non modo rei sed nec spei recepi. Causam tamen merito tribuo multis miseriis et gravaminibus, quae dubio procul partim rebellio Haiducorum partim crudelitas saevientis pestis attulit. Accedit, quod forte transmittendarum pecuniarum non tam voluntas quam occasio defuit. Nunc igitur, cum se facilis et opportuna offerat commoditas, breviter perscribo, sperans R<sup>mam</sup> Paternitatem Vestram pro pristino suo in me etsi immeritum affectu, libenter petitioni meae consensum et litteris responsum daturum. Ego certe, quoniam re ipsa non possum, tum precibus apud Deum Opt. Max. tum conatu in studiis litterarum gratus esse contendam, ne collati in me sumptus frustra collati esse videantur. Ista ergo est occasio.

Venerunt Romam R<sup>di</sup> duo Patres ex Prussia Ordinis nostri, alter Prior Olivensis, <sup>1)</sup> alter Prior Peplinensis, <sup>2)</sup> habitantque hic in nostro Collegio, mansuri Romae per duos circiter menses pro variis suis negotiis conficiendis. Hi dum in patriam redibunt, statuerunt invisere Viennam et Monasterium S. Crucis. Vellem ergo ego hic ab iis aliquam pecuniam accipere ea conditione, ut R<sup>ma</sup> Paternitas V<sup>a</sup> eam ipsis Viennae refunderet. Sic enim periculum hinc inde mittendi pecunias, sic difficultates cambiorum evaderemus. Ne tamen hac in parte indignationem R<sup>mae</sup> V. P. aliquatenus incurram, exspectabo benignum responsum, ut ipsa mihi significet, an aliquid et quantum ab ipsis accipere debeam. Quod eo instantius peto, quoniam, si negotium Venetorum bello fortasse terminandum esset, periculum foret non leve, ne forte ob exactiones bellicas et annonae caritatem Collegium nostrum aliquos dimittere deberet, eos nimirum, qui magis accederent ad finem suorum studiorum. Unde et sors super me (quod minime spero) cadere posset. Hinc enixe rogo, ut quid mihi faciendum sit, cito rescribere dignetur, quatenus ante ipsorum discessum cognoscam beneplacitum R<sup>ae</sup> P<sup>is</sup> Vestrae, quae etiam, si quid hinc per ipsos sibi transmitti velit, plene significet. Commoditas erit, ut confido, non incommoda.

Caeterum nihil habeo, quod scribam, cum jam multoties omnia acuratissime perscripserim nec tamen jam a multis mensibus

<sup>1)</sup> Oliva, in der Provinz Pomerellen, heutig. Preussen, Diöcese Wladislaw, gegründet 1186, hatte sich grosse Verdienste um die Ausbreitung und Befestigung des Christenthums erworben.

<sup>2)</sup> Pelplin (Polplinum), in derselben Provinz, jetzt Diöcese Culm, gegründet 1267.

vel verbulum receperim. Spero, quod, ubi excursiones illae bellicae ac pestis saevitia cessabunt, silentium istud frequentia litterarum compensabitur. Interim Deum Opt. Max. non desino invocare, ut R<sup>man</sup> P. V. inter tot pericula incolumem nobis diu praeesse ac feliciter faciat prodesse.

Valeat et charissimos meos in Christo fratres ac me contra omnes invidentium calumnias et detractiones, ut solet, paterne faveat ac fortiter tueatur. Salutare quaeso dignetur R<sup>dum</sup> adm. P. Priorem ac totum Venerabilem conventum. Exspecto gratiosum responsum. Iterum valeat.

Romae, ex Collegio Germanico anno 1606, 9. Decembris.

R<sup>mac</sup> Paternitatis V<sup>ae</sup>

obedientissimus in Christo filius

F. Antonius Wolfradt m./p.

Dies ist der letzte Brief, den wir von unserm Wolfradt aus Rom besitzen; er verblieb daselbst bis in die Mitte des Jahres 1608, vollendete seine theol. Studien, erwarb sich die Doctorswürde und kehrte dann nach Deutschland zurück, — aber nicht mehr nach Heiligenkreuz. Die letzte Ursache — einen Befehl des Generalabtes — gibt er in dem folgenden Schreiben an; allein diesen Befehl scheinen die Brüder wohl selbst veranlasst zu haben. Mochten nun die tief zerrütteten finanziellen Verhältnisse in Heiligenkreuz manche Besorgnisse in ihnen erregt haben, oder wurden sie doch von einigen minder günstig gegen sie gestimmten Mitbrüdern angefeindet (wir können dieses aus einem Briefe des Generalabtes vom 14. October 1607 an die sämtlichen Brüder, die in Cisterz das Noviziat gemacht hatten, schliessen, in welchem er sie über ihre gegenwärtige Lage zu trösten versucht) — genug, es waren nicht alle mit der Stellung in Heiligenkreuz zufrieden. Auch Christoph Schäffer war nach dem Stifte Reun gegangen, oder wie es in dem schon angeführten Stiftskataloge heisst, «confugit ad D. Abbatem Runensem.» Dort fand er bei dem damaligen Abte Matthias Gülcher, der selbst ein Profess des Stiftes Heiligenkreuz war, freundliche Aufnahme, wurde von ihm selbst nach Cisterz geschickt, um für Reun das General-Vicariat zu erlangen, und so lässt sich erklären, wie nun auch Wolfradt vom Generalabte dahin dirigirt wurde. Doch lassen wir das Schreiben desselben an Abt Paulus selbst reden.

R<sup>me</sup> in Xto Pater.

Praemisso sacrae manus osculo ac humili precum oblatione.

Trimestre est et amplius, R<sup>me</sup> Pater, ex quo perductis Deo dante ad finem studiis, et agitatis publice ex universa Theologia conclusionibus sub titulo, nomine et patrocinio Sereniss<sup>mi</sup> Archiducis Leopoldi, Romam deserens Germaniam salvus et incolumis intravi, eo animo et fine, ut nisi aliud quid interveniret, recta ad Monasterium S<sup>ae</sup> Crucis, locum nimirum ac domum professionis meae, sine mora contenderem, ibique me primae obedientiae R<sup>mae</sup> Pat. V<sup>ae</sup> ex toto submitterem. Accidit autem, ut Mediolano discedens per viam Regiam in Austriam vix ad spatium aliquot horarum reliquerim Monasterium nostrum Salemitanum, quod ubi cognovi, ne summae ingratitude notam nobis inurerem, statim eo perrexi ac feliciter perveni, ubi paterne susceptus et perhumaniter multis diebus tractatus, lubens aliquando longiorem moram traxi, ut fatigata ex itinere membra refocillarem. Interea ex inopinato Romanus P. Procurator mittit ad me litteras R<sup>mi</sup> P. Generalis, quarum haec est summa, ut relicto Monasterio S<sup>ae</sup> Crucis rectâ Runam contendam, ibique tamdiu moram faciam, donec aliud ab ipso mandatum accipiam. Ita de verbo ad verbum R<sup>mus</sup> P. Generalis. Scripserat etiam antea, prout modo cognovi, R<sup>mo</sup> D. Runensi, ut me venientem paterne susciperet ac benigne foveret, prout facit. Feci quod debui et mandato R<sup>mi</sup> P. Generalis, prout filium decet, obedivi, rectâque Runam contendi, ubi buccellam meam non otiose, sed, ut spero fructuose comedam. Sunt enim hic sat multi juniores, qui libenter pietati et litteris vacabunt, ubi meam operam quantulacunque ea est, ipsis impendero. Spero, quod R<sup>ma</sup> Pat. V<sup>a</sup> facile et gratiose absentiae meae a Monasterio suo consentiat, tum quod sciam ipsam in hoc totam esse, ut voluntas R<sup>mi</sup> P. Generalis ex toto effectui detur, tum quia alios sat multos pro tempore Fratres habet, quorum ope et industria ubicunque voluerit, uti potest, immo de abundantia sua aliorum inopiam sublevare.

Exemplar conclusionum mearum R<sup>mae</sup> Pat. V<sup>ae</sup> cum praesentibus transmittito, adjunxissem etiam aliquod munusculum Romanum, sed potiora adhuc haerent in itinere.

Hisce me R<sup>mae</sup> P. V<sup>ae</sup> solitae erga me benevolentiae humiliter commendo, gratiosum ab eadem responsum et absentiae meae consensum exspectans. Pro cuius felici regimine Deum Opt. Max. assidue deprecabor. Valeat. Ex Monasterio Runensi 4. Novemb. a<sup>o</sup> 1608.

R<sup>mae</sup> Pat.<sup>is</sup> V<sup>ae</sup>

observantissimus in Xto filius

F. Antonius Wolfradt. m./p.

R<sup>mo</sup> in Xto Patri ac D<sup>no</sup> D<sup>no</sup> Paulo, Mon<sup>ii</sup> S<sup>ae</sup> Crucis in Austria Abbati, totiusque S. Cist. Ordinis per eandem Visitatori et Comissario Generali.

In Reun verblieb nun Anton Wolfradt bis zum Jahre 1612. Abt Paulus war inzwischen 1609 durch Beschluss des General-Capitels seiner Würde als General-Vicar entsetzt worden, «*eo quod in novissimo Capitulo, quod praevia solita intimatione apud Cistercium celebrabatur, nec per se nec per alium compa-ruerit, nec ullam de administratione habiti Vicariatus informationem dederit,*» und diese Würde an den Abt von Reun übertragen worden. Dieser setzte nun als Pater immediatus im Jahre 1612 unsern Wolfradt zum Abte in dem verwaisten Stifte Wilhering ein. Da die Zustände in Heiligenkreuz immer kritischer wurden und die Regierung ohne Unterlass auf eine Untersuchung der Wirthschaft des Abtes Paulus drang, so lässt sich erklären, dass auch der General-Abt nicht gleichgültig bleiben konnte und dem Abte von Reun den Auftrag gab, ernstlich mit jenem von Heiligenkreuz Rücksprache zu nehmen. Dieser delegirte wieder unsern Wolfradt und den P. Joannes Seifrid, der im Jahre 1612 zur Abtwürde in Zwettl gelangte; allein Abt Paulus mochte sich wohl tief gekränkt fühlen, dass er seinen ehemaligen Conventualen Rede stehen sollte, und so findet das nachfolgende im Archive vorhandene Schreiben seine Erklärnng.

Admodum Reverende in Christo Pater.

Praemissa debita filiali observantia et obsequiorum precumque oblatione.

Commiserat nobis R<sup>mus</sup> Dominus Visitator Abbas Runensis, ut cum R. adm. P. V. super punctis quibusdam tam suam personam quam concreditum sibi S. Crucis Monasterium spectantibus conferremus. At quoniam R. adm. P. V. nobiscum ad instantiam nostram facie ad faciem tractare abnuvit, nolimus intermittere, quin eidem saltem scripto injunctam nobis commissionem intimaremus. Transmittimus igitur R. adm. P. V. transsumptum ex originali Decretum R<sup>mi</sup> D. N. Generalis, supradicti Dni Visitatoris manu propria et sigillo firmatum. Qui an R. adm. P. V. parere velit an non, per nos categoricum responsum jam memoratus Dnus Visitator exspectat. Non possumus ergo, quin eandem filialiter rogemus, ut tam pro bono Ordinis ac Monasterii sui, quam pro tuenda R<sup>mi</sup> D. N. Generalis autoritate Sanctae Obedientiae hac in parte satisfaciatur, ac praesenti decreto morem gerat, certo sibi persuadens, quod

nihil hac in parte contra suam personam temere geretur, sed omnia potius eo tendant, ut R. adm. P. V. tam difficili debitorum labyrintho extricetur, et omnia in florentissimum optatissimumque statum denuo redigantur. Super quo resolutionis suae simplicis et nudae per praesentium exhibitorem scripto etiam certiores fieri cupimus, ut habeamus, quod Rmo Dno Visitatori nomine Rmi Dni Generalis ac totius Ordinis praesenti respondere possimus. Nos interim eidem officiosissime commendantes.

Viennae 5. die Febr. Anno Dni 1612.

Reverendae admodum Paternitatis Vestrae  
observantissimi filii

Fr. Joannes Seyfridus

Fr. Antonius Wolfradt.

R<sup>do</sup> adm. in Christo Patri ac D<sup>no</sup> Fr. Paulo, Monasterii S. Crucis Abbati Dno nostro plurimum observando.

Abt Paulus resignirte kurze Zeit darauf die Administration in temporalibus, wurde aber über Antrag des Klostrathes am 22. Februar 1613 gänzlich seiner Abtwürde entsetzt und starb am 28. September desselben Jahres zu Wien an der Pest. Wolfradt wurde bekanntlich 1615 Abt von Kremsmünster und das Archiv des Stiftes Heiligenkreuz besitzt noch aus diesem Jahre ein Schreiben desselben an den damaligen Abt Christoph Schäffer, welches wir ebenfalls noch wiedergeben wollen, um die sämtlichen Briefe veröffentlicht zu haben. Es handelte sich um die Wiederbesetzung der erledigten Abtei Baumgartenberg. Der hier genannte Caspar (Kirchleutner) wurde am 2. September 1615 von unserem Abte Christoph wirklich als Abt von Baumgartenberg installirt.

Hochehrwürdiger in Gott Geistlicher, auch Edl und Wolgelehrter  
Herr Prälat.

Quod frater fratri.

Gleich gestern da mir des Herrn beide Schreiben zur recht überantwortet worden, hat Herr von Wilhering von ihrer kays. Maj. auch eins empfangen, des inhalt er solle sich fürderlich erkleren, ob er sein anvertrautes Gotthaus gegen dem vacirenden Closter Paumbgartenberg zu verändern gedenke oder nit. Nun ist ihme nit ohne ursach dergleichen Schreiben, sintemahl einige canonische Election oder Postulation noch nit fürgenommen, was frembdt fürkommen, ist auch meines Wissens dieser Stylus vorhin niemahln braucht worden. Wirt sich gleichwoll gegen ihre

Majstät dahin gehorsamist, wie ich bericht, erklären, das er für sein Person einige Mutation nit gedenke, begere auch, da es mit ihr Majstät gnädigsten Consens beschicht zu Wilhering zu verbleiben, Stelle es aber gänzlich zu dero fehrneren Disposition und gnedigsten Belieben. Sonsten könnte ich nit rathen, das er Herr von Wilhering dem Herrn anjetzo solte ein Cession überschicken, wie ers dan gewislich nit thuen würde; denn es wäre meines erachtens für der Zeit ausgesprengt, sintemahl er selbst einiges jus acquisitum zue der Prälatur noch nit hatt. Man kann sich aber nach seiner resolution, so er gegen ihr Maj. begerten Massen thuen muess, richten, und sich derselben ansehnlich betragen. Ich für meinen theyl wünschte das dises Gotthaus albereit mit einem wollqualificirten subjecto wirklich ersetzt wäre, in bedenken der Catholischen heroben ein kleines Häuß und der Prälätenstandt sehr schwach ist. Wirt aber der Herr dises Werk in meliori forma zu dirigiren und zu befürderen wissen. Ist gleichwoll fürsichtig zu gehen, dan ich nit wolte, das Herr Caspar, welches ich nit verhoffen will, etwan solte widderumb mit einem spot abgefertigt werden und also zwischen zween stülen dernidersitzen.

Da ich zum Commissario solte deputirt werden, will ich das meinig treulich darbei thuen. Mich interea dem Herr und uns sammentlich göttlicher protection empfelendt. Valeat ex animo. Lyntz 6. May 1615.

Des Herrn Präläten

P. S.	gflissener wie brueder
Herrn Caspar meinen Gruiss und alles liebs.	Anton, Abbe zue Crembsmünster m/p.
Dem Hochehrwürdigen in Gott Andechtig und Edlen Herrn Herrn Christophoro Abbten zum H. Creutz, Meinem sonderlich lieben Herrn	

Wien, In Heyl. Creuzer Hoff.

---

Damit sind die Acten unseres Archives über Anton Wolfradt erschöpft, einige kurze Erwähnungen in späteren Schriftstücken ausgenommen. Als er Fürstbischof von Wien war, stand er besonders mit dem Abte von Heiligenkreuz, Michael Schnabel, in sehr freundschaftlichem Verhältnisse, lud ihn häufig zu Tisch und nannte ihn stets «Patrem et Dominum professionis suae.» —

Schliesslich sei uns hier noch eine Bemerkung erlaubt. Wir wollen mit grösstem Dank anerkennen, dass das Stift Reun unsern Wolfradt nach seiner Rückkehr aus Rom durch einige Jahre gastfreundlich aufgenommen; allein die Ehre, dass der erste Fürstbischof von Wien ein Profess des Stiftes Heiligenkreuz gewesen, müssen wir uns ungeschmälert vindiciren. —

Mit wenigen Worten wollen wir noch das Schicksal der mit Anton Wolfradt in das Stift Heiligenkreuz gleichzeitig aufgenommenen Ordensbrüder berühren.

Georg Mielický wurde zur Abtwürde in das mährische Stift Saar berufen, lehnte aber die ihm zgedachte Ehre demüthig ab, setzte mit grossem Eifer seine theolog. Studien fort und übte fleissig Musik. In den Acten der Wiener theol. Facultät lesen wir von ihm zum Jahr 1605 sub Decanatu P. Joannis Montani Mollensis S. J.: «proposita fuit supplicatio R. P. T. Georgii Mielizky, Ord. Cister. ad S. Crucem, sacrosanctae Theologiae Doctoris, petentis admitti ad Consilia Facultatis. Viso testimonio legitimae promotionis, Perusii factae, admissus est, et examini perficiendo Guilielmi Rotarii interfuit.» — Auch sonst nahm er an theol. Disputationen häufig Antheil. Er starb in heiligmässigem Rufe im J. 1610.

Johann Damian Machrentius erlangte das Baccalaureat aus der Theologie an der Wiener Universität. Da er grosse Geschäftsgewandtheit zeigte, wurde er nach der Resignation des Abtes Paulus als Administrator in temporalibus aufgestellt, unterlag aber der Pest wenige Tage vor dem Tode des Abtes am 20. September 1613.

Johann Seifried übernahm fast alle Aemter im Stifte, bis er 1612 als Abt nach Zwettl berufen wurde. Er verfasste ein Werk: «Arbor Aniciana», über den Ursprung des Habsburgischen Herrscherhauses und zeichnete sich auch sonst durch unermüdetes Streben aus, die Wissenschaft im Orden zu fördern. Der beginnende dreissigjährige Krieg bereitete ihm kummervolle Jahre. Er starb 1625.

Wenzeslaus Koslowský administrirte durch mehrere Jahre die Pfarre Alland, wurde Ordens-Secretär des Abtes Paulus, unternahm im J. 1609 in Ordens-Angelegenheiten eine Reise nach Cister, starb aber bald darauf am 11. Jänner 1610.

Johann Wilhelm von Sprinzenstain befasste sich mit ungemeinem Fleisse mit dem Studium und Zusammenschreiben der alten Ordens-Statuten. Beim Ausbruche der Pest leistete er allenthalben die opfermuthigste Hilfe, wurde aber selbst von ihr dahingerafft am 12. October 1607.

Georg Stephanides übernahm nach dem Tode Koslowsky's das Ordens-Secretariat, wurde 1612 Abt von Baumgartenberg, starb aber schon am 24. December 1614. «Rexit optime, debita plurima solvit, nec parum praematura illius mors monasterio huic obfuisse creditur.»

Christoph Schäffer. Wir haben schon früher erwähnt, dass er sich auf einige Zeit nach dem Stifte Reun gewendet hatte; er kehrte jedoch nach dem Tode des Abtes Paulus nach Heiligenkreuz zurück, wurde dann auf kaiserlichen Befehl und zwar gegen den Willen seiner Mitbrüder zum Administrator des verwaisten Stiftes ernannt, aber in gerechter Anerkennung seiner Tüchtigkeit von diesen selbst 1615 zum Abte gewählt. Nach einer ruhmreichen — freilich auch von manchem Unglück heimgesuchten — Regierung starb er am 10. August 1637. —

## Ueber die Entwicklung der christlich-römischen Hymnenpoesie

und über ihre Bedeutung für die althochdeutsche Poesie.

Mit besonderer Berücksichtigung der Evangelienharmonie Otfrids  
v. Weissenburg.

Von P. Anselm Salzer in Seitenstetten.

(Fortsetzung von Jahrgang IV., Heft I., Seite 82—98.)

Ich glaube, dass dieses Problem ungelöst bleiben wird, so lange man daran festhält, zwei Otfrid'sche Kurzzeilen oder eine Langzeile als die unmittelbare Quelle des Nibelungenverses anzusehen. Der Ursprung des Nibelungenverses ist anderswo zu suchen; er ist wohl direct aus der alliterierenden Langzeile hervorgegangen und man braucht daher nicht in den Otfrid'schen Langzeilen ein Durchgangsstadium anzunehmen. <sup>1)</sup> Die Grundform

<sup>1)</sup> Simrock: Nibelungenstrophe S. 84.